



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

11. Dies Septembris. Non est Temperantia in solis refecandis superfluis;
est & in admittendis necessariis? S. Bernardus de consid. l. 1.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

718 *Christiani Militis* Septemb.
potest, quām quatuor bene sani; vis animi aliquando
se communicat corpori. Si infirmitas morbi forte
facit: quantō magis robur Gratiae, & sanitas anima
cūm diligit Deum, & sperat in eo. Hoc, ut perleve
res, insculpe animo poēticum pronuntiatum:

Præmia victorum pendent à fine laborum:

Hoc, Scriptura sonat; finis, non pugna corona.

II. DIES SEPTEMBRIS.

Non est Temperantia in solis refecandis superflua
est & in admittendis necessariis? *S. Bernardus de
confid. l. i.*

Tempe- I.

Rodit, ex umbra in solem, è lat-
tantia. **P**bris in conspectum, virtutum
Cardinalium, ultima quidem or-
dine, non tamen dignitate, Tem-
perantia; quæ secum virtutum, veluti prætoriam co-
hortem, in aciem producit; quibus contra obluctan-
tia vitia, prælia Domini, pro Rationis dominatu for-
titer prælietur. Ut autem, non tantum quæ sit, intelli-
gas; sed quanta sit, penitus percipias: Propono ejus
imaginem à variis expressam: (a) Temperantia, ap-
moderatio cupiditatum, Rationi obediens. Proprium illi-
est, corporis voluptates non luscipere, turpisque vo-
luptatis usus nequaquam cupidam esse; ac justam et
iam vereri licentiam; componique animo in parvis, ut
in magnis, quæ ad vitam humanam pertinent, tebus:
unumque observare; *Ne quid nimis:* sic, ut necessita-
tem nec præcedat, nec excedat; adeoque rejiciat qui-
dem superflua, sic tamen, ut & admittat necessaria.
Illiis indolem illustrat Seneca his verbis: (b) Tem-
perantia, voluptatibus imperat; alias odit, atque abigit; alias
diffen-

(a) Cicerol. 2. de finib. (b) Seneca epist.

Septemb.

Tessera.

719

dispensat, & ad sanum modum dirigit; nec unquam ad illas, propter illas venit: scit optimum esse modum cupidorum, non quantum velis, sed quantum debeas sumere. Exemplum accipe. Crates, alios in foro ementes, alios vendentes contemplatus; illi, inquit, quod rem inter contraria agunt, se beatos judicant: at ego me, quod utriusque tum emendi, tum vendendi, necessitate sum immunis. Quia quidquid ibi emebatur, & vendebatur, erat illi superfluum: quo ostendit, felicitatem non esse venalem.

II. Duabus rebus constat hujus vitæ felicitas, Tolerantia, & temperantia. Duo sunt poli tranquillitatis, quos expressit binis vocalis Epicetus; sustine, abstine. Pacem non obtinet, nec gaudium retinet; nisi qui sustinet, & abstinet. Hæc sunt cardines quietis, & virtutis. Ut pacem obtineas, abstine; ut retineas, sustine. Recusando consequeris; excipiendo conservas; recusando fortunæ crepundia; excipiendo flagella. Hujus rei in se specimen exhibuit Diogenes: Cinxit pine tempora, Isthmica cæxemonia, velut sacerorum victor certaminum. Jussus ne illegitimè honorem usurparet, respondit: seduos Antagonistas vicisse, voluptatem, & Dolorem: illam, quia abstinuit; hunc, quia sustinuit. Hos binos; nobis capitales hostes, promptum cuique erit vincere, & triumphare. Tolerantiae clypeo, Temperantiae gladio. Duæ sunt machinae, quibus fortuna omnes turbat, & omnia perturbat; vel quia dat, quæ nolim: vel quia negat, quæ volumus. Resistis, si abstineas his, sustineas illa. Tota miseria involvitur duobus verbis: perverse, & inversè nolle, & velle: quæ oportet nos velle, nolumus: quæ nolle, volumus. Magna est pars felicitatis nostræ:

itno

720 *Christiani Militis* Septemb.
imo tota nostra felicitas : scitè, & prudenter nolle, &
velle. Quid expeditius homini, quām nolle? quidquid
non habes , potes nolle : sed nemo potest habere,
quidquid vult habere. Cūm nolis, potens es in om-
nia : cūm vis , in nulla.

III. O quantum ærarium est contra sortem subi-
tam, hæc concisa cupiditas. Jucunda erit voluntas,
si non sit mendica, securè per illam dives es: siquidem
dives es, cūm vis, videlicet, cūm nihil vis : pauperem
tunc facis fortunam. Quid majus optare potes, aut
quando magis dives ? Nihil in te habebit : nihil in te,
quo tibi placere possit. Dicitur eris Attalo , si Attalo-
cam contemnas suppellectilem : & dum vis potes
Major vis, quām Midæ , voltintati tuæ est: honestum
opus contactu , in absentiâ plus valet. Siquidem
cūm vis nihil velle : habes omnia , etiam quæ non vi-
deris. Ex se fortuna levis est : sed graviores , sarcina
sua clitellas habet , cupiditates humanas: sine quibus
nullum onus imponit nobis. Nihil nos onerat, nisi
vota : quæ tarnen mala plerumque insciî , unde onus
veniat, multiplicamus , ut sublevemur. Quidam ru-
sticus fatigatus arando , regressurus in villam, ar-
atrum asello alligavit, insupe ipse ascendit : sed nimis
gravatus onere, asellus progreedi non potuit; tunc ille
descendit, stusque imponens humeris aratrum, ite-
rum ascendens , ad atellum ait ; nunc procede te po-
tes : non enim tu, sed ego aratrum feio. Non isto mihi
nus ridiculi sumus rustico. Curas, & cupiditates no-
stras, quæ nostrum obriunt gaudium, novis curis, &
votis tueri , & sublevare volumus. Nihil prosector
aliud facimus, quām integrum onus pristinum rei-
nere, & pondere nobis nova imponere. Quamdu-
tolera-

temb.
nolle, &
uidquid
habere,
s in omni-
em subi-
voluntas,
quidem
uperent
tes, aut
hil in s,
i Artal-
s potes
honef
quidem
non vi-
sarcina
quibus
at, nul-
de onus
dam ru-
n, ar-
d nimo
runcille
n, re-
tepo-
istomi-
tes no-
uris, &
osecto
m reti-
namdu
toleta-

Septemb.

Tessera.

721

toleramus cupiditates, sumus nobis intolerabiles, si-
ne ulla adhuc fortunæ gravitate. Excutiamus illa,
exoneremur spe: nunc ipsam fortunam levet expe-
riemur. Temperabit excessum cupiditatis Tempe-
rantia, sine quâ, nunquam cupidus quiesceret; quia:
Omnia des cupido: sua non perit inde cupido.

12. DIES SEPTEMBRIS.

Vera scientia consistit in duobus punctis, nemirum;
quod Deus sit omnia, & homo sit nihil? *S. Lau-
rentius Justianus.*

Studiofi-
tas.

PRæstabilior, quam primâ fronte
videtur, est hæc, quæ in honora-
tâ Temperatiæ turmâ, prima
ordine procedit Virtus, vulgo di-
cta studiositas. Ejus dignitatem, primum erit assequi
ex ejus muneribus. Duo sunt autem illius munera:
alterum excitare ad comparationem scientiæ: alte-
rum frænare, & temperare scientiæ cupiditatem.
Primum igitur, acuit hominis industriam, excutit-
que torporem, quoad capessendam necessariarum
rerum cognitionem præpedit. Quis non ardeat, ut
scientiâ polleat, si uberrimos, quos inde potest cape-
re fructus, secum expendat? Quam pulchrum, & ju-
cundum fuit videre inter Græcos, Homerum; apud
Hæbreos, Salomonem: Lycurgum, apud Lacede-
monios: Prometheum, inter Ægyptios: Livium in-
ter Romanos, apud eosdem Tullium: Apollonium,
apud Indos; & Secundum, inter Assyrios. Quam fe-
lices fuerunt Philosophi; quibus, bono fato nasci
contigit illis temporibus, quibus tanta erat idiota-
rum copia, tanta literatorum penuria; ut ex diversis

Pars III,

Zz

Regnis,